

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 112. Cardinalis Legatus nequidem Rege conspecto descendens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul XVI.  
A C 1594

*Thuan. &  
Avil. l. c.  
Mem. l. c.*

Postea Matignonius Marescallus, qui Helvetios ducebat, per totam sancti Honorii plateam copias suas continuato ordine distribuebat; rebus itaque cunctis adeo prospere dispositis Rex comparere haud tergiversabatur, atque armatus incedens, regiisque satellitibus cinctus, comitantibus eum quadrangularis Nobilibus urbem ingreditur, ac Briffaco Comite eidem obviam procedente Henricus albam suam fasciam detrahens eandem ejusdem Briffaci collo innexuit, illum tenero prorsus affectu amplexatus, ubi dein Mercatorum Praefecto, atque Ædilibus urbis claves Regi tradentibus per totam urbem nomini festivi lætitiae clamores resonabant; mox vero Rex ingenti populi multitudine stipatus ad Beatæ Virginis Tempulum processit, ibidemque rei divinæ interfuit,

### §. CXII.

*Cardinalis Legatus nequidem Rege conspecto discedens.*

*Avil. l. 14.  
Daniel hist.  
de France  
t. 7. p. 224.  
Mem. de  
l'Etoile t. 2.  
pag. 205.*

Postea Rex e Templo egressus Luparam contendit, atque in itinere ad hucdum constitutus Perronium non ita pridem Roma reversum ad Cardinalem Legatum decernit, ut eidem Regis nomine significaret, quod vel Parisiis morari, vel Romam repetere, eidem integrum

tegrum foret, de cetero autem illum  
 Rex rogaret, ne urbe excederet, quin  
 prius cum ipso conferre, ac colloqui  
 possit, cum eidem fidem faceret, quod  
 cum ampliori honore, ac satisfactione,  
 quam vel unquam a foederatis recepisset,  
 a Rege excipiendus foret. Verum hic  
 Cardinalis Regem salutatum ire recu-  
 fabat, respondens, quod concessa ple-  
 na libertate non modo e Parisina urbe,  
 sed toto Franciæ Regno excessurus esset:  
 quinimo etiam sexta post die Lutetia  
 discessit, eumque Perronius Montar-  
 gium usque comitatus est, inde vero  
 Cardinalis iter Italiam versus arripuit,  
 atque annuente Rege secum Christo-  
 phorum Aubrium sancti Andreæ de Ar-  
 cubus Parochum, & Patrem Varadam  
 eduxit: quinimo etiam Sylvanectensis  
 Episcopus, Bucherus sancti Benedicti  
 Parochus, præter sancti Jacobi ad ma-  
 cellam, sancti Germani Antissiodoren-  
 sis, & sancti Cosmæ Parochos, adhuc  
 plures alii sancto foederi addictissimi e  
 Parisina urbe excesserunt unacum Hi-  
 spanis copiis, quas Rex emigrare con-  
 spexerat, cum hanc ob rem ad sancti  
 Martini portam accessisset.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1594.

§. CXIII.

*Pellevei Cardinalis obitus.*

Dd 4

Eo